

Ab. 127.  
29.



DISPUTATIO XX.

DE LOCATIONE  
NE CONDUCTIONE, ET  
de Emphyteusi,

QUAM

Auspice Deo Trinuni

PRÆSIDE


ORTOLPHO FOMANNO

I. V. D. & P. P. P.

*Publico in collegio discutiendam  
proponit*

LAURENTIVS KVPPELICH  
Feuchtuvvangensis

*Ad diem XV. Decembris, hora  
locoq; consuetis.*



J E N Æ

Typis Tobiaë Steinmanni,

ANNO 1599.

*Integerrimo Viro*  
Laurentio Kuppelich. Reip.  
VVassertruhedingenſi Præfecto & Iudici, pa-  
tri ſuo cariffimo :

Nec non

*Reverendo & doctiſſimo Viro*  
Dn. Iohanni VVebero, Paſtori Eccleſiæ, quæ eſt in  
Alentruhedingen, fideliffimo, Dn. adfini  
ſuo cariffimo :

*Obſervantia cauſa ſtrena loco*

Offert

*Respondens.*

---

Ad Laur. Kuppelich ſecundò  
diſputantem.

**C**eu non in primis Tyro fit ſignifer annis,  
Cum ſemel in turmas agmina & arma ruit;  
Sed iuvat, ut creſcant in adultis viribus anni,  
Atq; ſagax animus, dextraq; Marte potens:  
Terq; quaterq; feri ſubeat certamina Martis,  
Ictibus adverſi pluribus arma premat:  
Dum tandem ereptus propria virtute periculis  
Præmia virtutis maxima ſigna gerit:  
Sic tibi, Laurenti, ſummam dum iuris ad artem  
Adſpiras, primâ non datur ire viâ.  
Plura ſed ut ſubeas dubij certamina iuris,  
Adſiduâ & ſudes iuris in arte, decet.  
Perge ita, ut inſignes de portes iuris honores,  
Es doctos inter maxima ſigna geras.

Scriptit Ihenæ Iac. Straffius  
Allerheimenſis.



# Thesis I.



**L**ocatio & Conductio (quibus verbis veteres promiscuè usos esse Conn. contendit: à qua sententia optimis rationibus Donell. discedit) est conventio consensu constans, fruendi faciendive aliquid certa mercede.

*Definitio*

## II.

Quis Locator, quisve conductor dicendus sit controvertunt Dd. Nos sic rem definimus, Locare esse certa mercede fruendum aliquid aut faciendum dare: Conducere certa mercede fruendum aliquid aut faciendum accipere.

## III.

In Locatione id agitur, ut vel idem reddatur: vel ejusdem generis quantitas: quo posteriore casu in creditum itur.

*Divisio.*

## IV.

Deinde Locatio Conductio vel est temporalis, quæ Locatio Conductio in specie dicitur: Alia perpetua, quæ Emphyteusis vocatur: quamvis similis potius sit Locationi Emphyteusis, nec propriè Locatio, Num locatio decennium excedens perpetua?

*1163-6-133 f 69*

## V.

Causa efficiens remota est jus gentium: Propinqua consensus contrahentium, etiam tacitus. Num in prædijs urbanis in totum præsumitur Recon-

*Locatio  
nis causa  
efficiens.*

lib. 19 pand. t. 2  
f. 14

ductio facta, sicut primò celebrata? Etsi id alij adfir-  
mant: secundum communem tamen & veram Dd.  
opinionem, tamdiu præsumitur Reconductio fa-  
cta, donec alteruter renunciât.

VI.

*Materia*

In hunc contractum nū res incorporales veniant,  
quæritur? A. Excipiuntur prædiorum servitutes, &  
jus patronatus. Res Ecclesiæ ad triennium locari  
possunt.

VII.

Nec modo res, verum etiam operæ locantur.  
An igitur inter Advocatū & clientem: Medicum  
& Aegrotum est locatio ratione operarum? N.

lib. 4 ct. 6 f. 90

VIII.

Quod vero factum locari solitum? Quod in re  
alterius positum, & hominis corpore vel toto, vel  
aliqua ejus parte præstatur.

IX.

Quæstionis est, An operarum locatio in per-  
petuum facta valeat? A.

lib. 4 ct. 10 f.  
174

X.

*Forma.*

Hic contractus perficitur, simul ac de re aliqua  
certa mercede vel facienda vel ad tempus utenda  
conventum.

XI.

Etenim in Locatione Conductione merces cer-  
ta & idonea intervenire debet: quæ definitur vel ab  
ipsis contrahentibus, vel ab aliquo tertio: qui si mi-  
nus æquè arbitratus fuerit, ad arbitrium boni viri re-  
curritur.

XII.

lib. 19 pand. t. 2 f. 27

Merces an in qualibet re fungibili consistat, va-  
riant interpretes: Adfirmativam veriore[m] putamus.

XIII.

*Effectus.*

Quæritur, An mulier Locationi in re dotali fa-  
ctæ

20.  
Et a marito stare teneatur soluto matrimonio per  
divortium aut mortem mariti? Negativam tuebimur.

XIV.

An maritus cogitur stare Locationi factae per  
uxorem ante dotis constitutionem? N.

XV.

Alias generaliter elapso tempore conductionis  
si uterq; taceat, Reconductio facta tacite censetur:  
in colono quidem ad annum; in inquilino vero pro-  
ut quisq; habitaverit. An ista tacita Reconductio,  
praesumitur celebrata cum eadem pignorum obliga-  
tione? A.

XVI.

Locatori datur actio Locati. Qua num culpa le-  
vissima regulariter emendetur, sententiarum est di-  
stractio? Negativam sequimur.

XVII.

Casus fortuitus non venit, nisi de eo convene-  
rit: quod cum sit, an etiam de insolitis teneatur, pro-  
lixo est disputatio. In adfirmantium subsellia transi-  
mus:

XVIII.

Datur etiam Locatori quasi Serviana, quia inves-  
ta & illata in urbanum praedium tacite oppigneran-  
tur. Quid si a minore illata? Quamvis curatoris  
consensus non intervenerit: obstricta tamen esse  
propugnabimus.

XIX.

Quod etiam in mercibus, si inquilinus sit mercator,  
admitti vulgo Dd. negant.

XX.

Libri Studiosorum pignoris nexu vacant. In praxi  
vero quid observetur notat Colerus p. 2. c. 3. n. 141.

XXI.

Dubium est, investa & illata si efferantur, Num  
oppignorata mancant? N. A A 3 In A

lib 19 pand t. 2 f. 14  
Locatori

de 1618 f. 257  
de tacita conductione  
locum ad 1627  
fol. 85

Locatori

Not ad disp. publ  
no 1631 f. 14

XXII.

*mercedem  
N  
facili*

In prædium rusticum non nisi quæ voluntate do-  
mini inferuntur, pignori supposita censentur. Quia  
fructus fundi locati pro pensione obligatos esse suf-  
ficit. *lib. 19 par. 1. 2. 7. 8.*

XXIII.

*Condu-  
ctori.  
i  
A locator est*

Datur Conductor actio conducti: in qua con-  
troversum est, si res aliena fuerit locata, num condu-  
ctor omne id, quod interest, persolvere, an vero mer-  
cedem saltem reddere sit obligatus. Prius videtur  
verius: posterius arridet Dd. communiter.

XXIV.

*lib. 19 par. 1. 2  
fil. 67. 2. 1. 2. 3.*

Agit etiam conductor, ut merces vel pensio ob  
vim maiorem, sterilitatem & interitum rei locatæ, vel  
planè vel partim remittatur. An e contrario ob im-  
modicam ubertatem pensio augeatur, quæritur? N.  
Ancipiti quæstionis exitu interpretes distrahuntur,  
Num propter pestem grassantem pensio remittatur:  
Cum Gail. distingvimus.

XXV.

Num ut pensio ob vim majorem remittitur:  
ita etiam merces famulo debita deminuitur, si per  
valetudinem operas, quas locavit, exhibere non po-  
tuit? contra communem N.

XXVI.

*Pagnan  
tia.  
sim. g. 1. 1. 1.*

Finitur Locatio Conductio re locata vendita,  
quia particularis successor locationem habere ratam  
non cogitur: imò nec universalis de jure Saxon.  
quod uti non servatur.

XXVII.

Beneficium l. 2. C. de rescind. vend in hoc  
contractu num locum habeat, in quæstionem voca-  
tur.



20. Lib. 19 p. 20 f. 72

tur. Etsi vero Anton. Faber adfirmativam erroribus pragmaticorum annumerat: eam tamen intrepide defendemus.

XXVIII.

Vetus est disputatio, Num Emphyteusis sit contractus juris civilis? quod A.

*In definitione at 1615 f. 89. in consuetudine p. 23. De Emphyteusis. 3th non. 1615 f. 78*

XXIX.

Qua negativa stante ejus causa efficiens est lex civilis & consensus contrahentium.

XXX.

In quaestionem hic cecidit, Num feudum in Emphyteusin vasallus sine domini consensu concedere possit? quod N. quamvis id ad longum tempus locare possit.

XXXI.

Non quamlibet rem immobilem in Emphyteusin concedi posse cum Donello defendere conabimur.

*Materia*

XXXII.

In Emphyteusi scripturam necessariam esse arbitramur.

*Num ad tempus? vid. in 10 disp. pull. at 1615 f. 80*

*Forma.*

XXXIII.

Ad effectum actio refertur: quæ illa sit digladiantur inter se Dd. cum communi opinione condictionem ex lege competere existimamus.

*Effectus.*

*Num fin vitu. h. 3 c. 1. 34 f. 60*

XXXIV.

Canone in Ecclesiastica Emphyteusi intra biennium, in civili intra triennium non soluto, Emphyteutin amitti certi juris est.

XXXV.

Hinc illa nascitur quaestio, An tempus ipsum pro domino interpellet, ut in mora Emphyteuta constituatur? A.

An



XXXVI.

An item Emphyteuta ad moram purgandam admittatur? quod N.

XXXVII.

Num etiam uno herede non solvente canonem tota Emphyteusis amittatur? quod A.

P A R E R G A.

I.

Pacta in continenti adjecta strictis judicijs etiam ex parte agentis inesse exercitij causa defendam.

*Goedd. de contrab. & com. stip. c. 8. concl. 2. Fortun. Garz. ad l. iuris gentium. 7. §. quin imo 5. n. 9. cum seqq. D. de pact. Diss. Cuiac. ad d. §. quin imo & lib. 10. obs. 24. Borch. de pact. c. 6. n. 53. & seqq.*

II.

Pacta nuda ne jure quidem Canonico actionem parere: cum Præceptore meo V. cl. Scipione Gentili(a) disputabo.

*a. ad l. iuris gentium 7. §. sed cum nulla 4. D. de pact. Diss. Fortunius Garzias in repet. c. 1. ex. de pact. n. 9. & seqq.*

F I N I S.



Kc 3192

8<sup>o</sup>


(X2217985)

VO 12

MC







DISPUTATIO XX.

DE LOCATIONE  
NE CONDUCTIONE, ET  
de Emphyteusi,

QUAM

Auspice Deo Trinuni

PRAESIDE

ORTOLPHO FOMANNO

I. V. D. & P. P. P.

*Publico in collegio discutiendam  
proponit*

LAURENTIVS KVPPELICH  
Feuchtuvvangelensis

*Ad diem XV. Decembris, hora  
locoq; consuetis.*



J E N A E

Typis Tobiaë Steinmanni,

ANNO 1599.

